



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

De lumine parag. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

inde facta) linea ergo est ex Gossipio contexta tela : esto enim linum, Canape, & Gossipium, specie physica, inter se differant ; non differunt in hominum acceptatione, usuque vestium.

Nota item obiter, ætate Plinii, in ea tantum regione crevisse xy-lon, nunc passim in Sicilia, & Italia colitur, & vulgare est, vocaturque *Cortone*, vel *bambace*.

§. IV.

De Lumine.

Lumen requiritur a saltem unum, sed ex congruenti consuetudine curandum est, esse saltem duo, si haberi, saltem unum non possit ; immo si extinguatur ante consecrationem sine spe reaccendendi, dicere, vel prosequi Missam, etiam si neces-

K 2 saria

a Azor. Tol. Coninch apud Bona. de Euch. d. 4. q. ult. p. p. 9. n. 31.

saria foret ad dandum Infirmo viaticum nemini? *a* licet.

2. An vero necessario eiusmodi lumen ardere debeat, in candela cerea, dubitant Doctores, sed probabiliter tandem plures *b* consentiunt, citra scandalum, & in causa necessitatis posse in adipe, vel sævo, seu etiam in lucerna olei.

3. Gradum necessitatis distincte non explicant: sed, præciso scandalo, (cui facile iri obviam potest, si instruat Sacerdos astantes) puto satis superque esse illam, quam de carentia Sacerdotalium vestium minoris momenti sufficere docuimus supra. *d*

4. Tertius cereus accendendus in consecratione, non *e* requiritur, cum

a Fagund 1. Eccl. præcept. l. 3. c. 22. n. 19. *b* Vasq. de Sacr. d. 2. 33. c. 4. n. 25 alique apud Dian. p. 2. tr. 14. resol. 458 & 67. Delugo d. 20. de Euchar. sect. 2. n. 77. *c* Laym. l. 5. tr. 5. c. 6. n. 17 fine. *d* Supra cap. 3. §. 1. n. 4. *e* Delugo loc. cit. n. 79. fin.

cum tanto rigore , quamvis enim Rubricæ Missalis illum exigant, non tamen omnia, ut modo §. 2. n. 2. innuimus, qui in Rubricis ponuntur nisi aliunde grave præceptum colligatur , obligant sub peccato.

§. V.

De Missali.

1. **R**equiritur, & Missale. Sed qui memoriter scit ea , quæ dicenda sunt in Missa , idque sine morali periculo errandi , non a peccat, si sine illo celebret; quidquid aliqui dicant, sicuti nec b peccaret luscus , qui ceteras actiones exhibendas in Missa videt , nec ræmen videt legere , si vel memoriter legenda sciat, vel à Sacerdote adjuvetur. Favet Suarez , c qui sic habet. *An vero , ubi liber deest , &*

K 3

Sacer-

a Delugo ib. n. 78: b Idem ib. c Suar: de Sac. d. 81. sec. 6. §. 4. requirunt sine.